VICIPÆDIA

Lingua Veneta

Si linguam Veneticam praelatinam quaeris, vide Linguam Veneticam.

Lingua Veneta Romanica lingua est.

In regione Venetia Italiae homines plurimum loquuntur. Quamquam Italianae linguae dialectum saepe dicitur, etiam ab locutoribus, tamen lingua vera est. Haec lingua lexicon, grammaticam, atque ipsa dialectos habet.

Dialectus, qua Venetiis loquitur, *Venessian* a locutoribus, *Veneziano* autem Italiane appellatur.

Lingua Veneta non est confundenda cum exstincta lingua Venetica, qua homines a saeculo quinto a.C.n. ad saeculum primum loquebantur.

Lingua Veneta a Latino vulgari descendit, fortasse Venetico substrato adfecta, atque linguis Germanicarum gentium, quae saeculo quinto Italiam septentrionalem invaserunt. Scripturae, quae "Venetae" dignoscuntur, saeculo tertio decimo initium habuerunt.


Lingua gravi auctoritate fructa est in diebus rei publicae Venetae, cum statum linguae francae in mari Mediterraneo adsecuta est. Memorandi Venetae linguae scriptores sunt Ruzante (1502–1542) et Carolus Goldoni (1707–1793). Cum Ruzante tum Goldoni antiquam traditionem Comoediae artis sequentes Venetam linguam pro sermone vulgari usi sunt. Inter primos italicos auctores scaenicos aliquando censebantur, atque ludi a Goldoni scripti adhuc hodie aguntur. Alia memoranda opera sunt versiones Iliadis a Iacobo Casanova (1725–1798) et Franciscus Boaretti confectae, atque poemata Biagii Marin (1891–1985).

Memoranda quoque est scriptura, cuius titulus *Diverbium de nova stella* est et quae Galilaeo Galilaei (1564–1642) adscribitur[1].

Nexus externi

Haec stipula ad linguam vel ad linguisticam spectat. Amplifica (https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Veneta&action=edit), si potes!

Lingua Veneta Łéngua vèneta	
Taxinomia:	* Linguae Indoeuropaeae ▪ ▪ Linguae Italicae ▪ Linguae Latino-Faliscae ▪ Linguae Latinae ▪ Linguae Latinae Vulgares ▪ Linguae Romanicae ▪ Linguae Romanicae Continenteles ▪ Linguae Romanicae Italico-Occidentales ▪ Linguae Romanicae Occidentales ▪ Linguae Gallaico-Lusitanae ▪ Linguae Gallo-Romanicae ▪ Linguae Gallo-Italicae ▪ **Lingua Veneta**
Locutores:	2 200 000
Sigla:	1 —, 2 —, 3 vec
Status publicus	
Officialis	—
Privata	Res Publica Italica ▪ Regio Venetiae ▪ Regio Tridentini et Tirolis Athesinae ▪ Libera Provincia Tridentina ▪ Regio Fori Iulii et Venetiae Iuliae Res Publica Croatiae ▪ Comitatus Histrianus
Litterae:	
Scriptura:	Scriptura Latina
Procuratio:	—



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae



Dialecti Italici (gilvo Gallo-Italicae dialecti sunt, ergo etiam Lingua Ligustica)



Libellus: *Qua se parla anca in Veneto*, quod Latine sonat *Ibi homines etiam Lingua Veneta loquuntur.*

Linguae Romanicae

Anglo-Normannica · Auridunica · Aragonensis · Aromanica · Arpitanica · Asturiana · Burgundica · Caesariaca · Campanica · Catalana · Corsa (Gallurica, Sassarensis) · Cispadana · Dalmatica · Dacoromanica (Moldovica, Valachica) · Extremadurensis · Fala · Franco-Comitatina · Francogallica · Foroiuliensis · Gallaica · Gallonica · Guernesica · Lingua Haitiana · Hispanica (Castellana) · Insubrica · Istrica · Istro-Romanica · Italiana (Tusca litteraria) · Iudaeo-Francogallica · Iudaeo-Italiana · Latina Dolomitica · Iudaeo-Hispanica · Legionensis · Ligustica (Monoecensis) · Lotharingica · Lusitana · Megleno-Romanica · Mirandica · Moeso-Romanica · Mosarabica · Neapolitana (Aprutina, Bariana, Consentina, Daunia, Lucana, Molisina) · Normannica · Occitanica · Orobica · Pedemontica · Pictavo-Santonica · Picardica · Romancica · Romanensis · Sarda · Serquica · Shuadit · Sicula (Bruttia, Sallentina) · Tarentina · Venetica (Talica) · Vallonica

1. Fons desideratus

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Veneta&oldid=3421397"

Novissima mutatio die 20 Iunii 2019 hora 17:03 facta.

Nonobstantibus ceteris condicionibus hunc textum tractare licet secundum "Creative Commons Attribution-ShareAlike License". Vide modos et condiciones.